













CONCIONVM DIEBVS SVPPLICATIONVM PVBLICARVM IVSSV ILLVSTRISSIMI MAGISTRATVS

AD

Tres ~~post~~ ante Dominicam Rogationum uno interiecto proximos, hoc est, ~~22. 23. 24.~~ 17. 18. 19. Maij dies indictis habendarum textus

CVM BREVISSIMA EAQVE simplicißima tractationis Diatyposi.

SVBIVNCTIS COLLECTArum istis diebus pronunciandarum formulis.

SLESVIGÆ
EXCVDEBAT NICOLAVS VVEGENER.
1598.

CONCIONIS
PRIMI DIEI
Pericope.

Ezechiel. Cap. 14. à V. 12. vsq; ad 20. inclus.

ET factum eſt verbum Domini ad me dicens: Fili hominis, cum regio aliqua peccaverit contra me, prævaricando prævaricationem: Extendam manum meam ſuper eam:

Et conteram virgam panis, & mittam famem in eam, & ſuccidere faciam ex ea homines & iumenta: Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noach, Daniel, & Iob: Ipſi in iuſticia ſua liberabunt animas, ait Dominus Deus.

Quod ſi beſtias malas tranſire fecero in terram, vt orbent eam, & deſolatam reddant, vt non ſit, qui pertranſeat propter beſtias: Et tres viri iſti fuerint in medio eius: Vivo ego, dicit Dominus Deus, neq; filios neq; filias liberabunt: Sed ipſi ſoli ipſi liberabuntur, terra autem erit deſolatio.

Vel ſi gladium induxero ſuper terram illam, & dixero gladio: tranſeas per terram illam: & ſuccidere fecero ex ea homines & iumenta: Et tres viri iſti fuerint in medio eius: Vivo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios & filias: Sed ipſi ſoli ipſi liberabuntur.

Quod ſi peſtilentiam immiſero terræ iſti, & effudero iram meam ſuper eam in ſanguine, ad ſuccidendum ex ea homines & iumenta; Et



ra: Et Noach, Daniel, & Iob in medio eius fuerint: Viuo ego, dicit Dominus Deus, si filium, si filiam liberabunt: Sed ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas.

Exordij summa eo spectet, vt ostendatur, & cum pio affectu inculcetur:

1. Quantæ sint præsentium temporum difficultates, quantis miserijs periculis & calamitatibus miserum genus humanum, inprimis vero Ecclesia, prematur.

2. Quam non tantum non meliora expectanda, sed & atrociora metuenda, ex prædictione Christi & Danielis, atq; alijs scripturæ locis, tum etiam varijs verisq; prodigijs passim annis superioribus ostensis.

3. Neq; nos ab illis malis & metu alienos esse aut fore.

4. Ad hæc vero mala mitiganda, auertenda & declinanda non esse præsentius remedium pijs precibus, seria pœnitentia, & vera in Christum fide fusis.

5. Hinc excitentur auditores, vt, quod his diebus agendum statutum est, serio agant.

6. Atq; ita paulatim ad textum prælectum accedatur.

Pericope prælecta in tres secetur partes.

Generalis comminatio & prædictio est, qua Deus serio ostendit, se peccata hominum minimè relicturum impunita, sed in illa certißimè, gravißimè & severißimè animadversurum.

Hanc partem memoria docentis ordinis causa tribus includere potest membris.

In primo Proœmium est seu præfatiuncula in concionem propositam. Vt enim ea altius in animos auditorum penetret, initium facit Propheta, ut sæpe etiam aliàs, ab authore huius sermonis:

Et factum est, *inquit*, Verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis &c.

Explicentur hæc verba sigillatim & in singulis emphasis ostendatur: Quis, cui, quid, quomodo, cur loquatur.

Inprimis autem probè hic inculcetur, authorem huius, ut & aliarum concionum in codice sacro occurrentium, quæ hodie & quotidie in Ecclesia repetuntur & ingeminantur, non esse hominem sed ipsum Iehova Dominum Zebaoth, qui verbo veritatem & minis pondus addere novit, & ad cuius nutum tota rerum universitas contremiscere necesse habet.

Fit sane verbum hoc ad filium hominis Prophetam nimirum: qui id porro ad alios propagat:

gat: Sed non est verbum illud, verbum filij hominis, sed verbum Domini. Quicquid igitur & hic filius hominis Propheta, quicquid reliqui collegæ, quicquid Apostoli, quicquid ex illis hodie filij hominum, hoc est, ministri prædicant & sonant, verbum est à Domino ad filium hominis factum.

Vtinam vero, atq; iterum, iterumq; utinam, utinam, inquam, firmiter id statueret homo, utinam, inquam, persuaderi posset, audire se in Prophetis, in Apostolis, in ministris Ecclesiæ verbum Domini: longe sane alio animo, quam vulgo fieri apparet, illi, nisi planè ferox & desperatus sit, operam daret.

Vnde enim est, quod tantum tantæ maiestatis verbum tam leviter attenditur, nisi quod auditores non ad Deum sed infirma organa oculos animumq; intendant? Nec desunt, qui negent id esse verbum Domini.

Applicentur hæc, & serio affectu exaggerentur.

Secundum membrum initium sermonis Domini continet, exponens & quasi digito ostendens, quæ res patrem clementißimum & creatorem benignißimum ad affligendos homines impellat: Cum inquit, terra contra me peccaverit prævaricando prævaricationem. Explicentur emphases verborum.

Terra seu regio dicitur peccare. Non nego in hac voce tropum illum esse, quo pro incolis terra ponitur: Sed & hoc inprimis simul innui non dubito, ipsam terram incolarum peccatis pollui & contaminari: Id quod ex multorum locorum scripturæ collatione manifestum est, ostendiq; auditoribus potest & debet.

Peccaverit: *in huius vocis explicatione indicetur quid sit peccatum, & quid peccare. Magna enim pars hominum quid peccatum & quid peccare sit, ignorat: major nunquam serio secum reputat: maxima securè prorsusq; contemnit.*

Contra quem autem delinquitur peccando? Contra me: *inquit Dominus. Incurrit enim peccatum in maiestatem divinam, & ipsum Iehova offendit, vnde est eius inexplicabilis atrocitas, magnitudo & damnationis æternæ meritum infinitum.*

Secundæ quidem tabulæ peccata immediatè proximum concernunt, verè tamen & hæc contra Dominum committuntur. Est enim Dominus vtriusq; tabulæ author & vindex.

Serio hoc inculcetur, & emphasis vocum: Contra me *exaggeretur.*

Quomodo? Prævaricando prævaricationem. *Ingeminatione vocis & quidem durissimæ peccati turpitudinem & atrocitatem amplificat. Est enim prævaricari Deo è Diametro*

tro se opponere, illius voluntati & mandato contraire, atq; ita nomen eius sanctissimum blasphemare.

Tertio. Sed quomodo Deus has hominum prævaricationes excipiet? Quid ad eas faciet? Quomodo terram peccatis pollutam tractabit? Extendam inquit manum meam super eam. Quibus verbis certissimas horribilesq; pœnas prævaricatoribus minatur.

Extendere dicitur Deus in scriptura manum suam more humano, quando efficaciam & vires, ut ita dicam, suas, in homines aliasq; creaturas exerit.

Idq; cum in bonum tum in malum: In bonum cum variis nos beneficiis afficit, quæ antea quasi sopita & intermissa videbantur.

In malum, ut hoc loco, cum potenter iræ suæ signa & pœnas contra peccata effundit.

Diligenter urgeatur emphasis horum verborum: Extendam manum meam. Quid enim est hac manu potentius? augustius? & ubi ad malum extenditur, terribilius? Quæ nostræ vires ad illam? Est enim manus Domini robusta & potens valde. Iere. 32. Quæ fundavit terram. Esa. 48. Manus inquam illa potentissima, quæ omnia operatur. Esa. 41. Ex qua nemo potest eripere. Esa. 43. Quam nemo potest impedire, inhibere, retrahere. Esa. 14.

In cuius manu nos sumus, vt lutum in manu figuli Iere. 18. In qua est noster Spiritus, omnesq; viæ nostræ Dan. 5. Contra quam nullus quicquam potest auxiliator aut adiutor Esa. 31. à qua quis, licet in infernum aufugiat, tutus esse non potest Amos 9.

Quid quæso sunt tenerrimi infantis aut pumilionis minimi vires collatæ ad robur fortißimi alicuius gigantis? Et tamen inter illos aliqua saltem virium est proportio seu comparatio: hic prorsus nulla.

Si regiæ manus magna & lata est potentia, juxta versum: an nescis longas regibus esse manus? Quanta erit manus huius supremi regis longitudo, latitudo, potentia?

Vides, vt metuat in familia tua filius & filia te extendentem manum tuam, quanto magis metuenda erit manus hæc Dei?

Certo ergo statuamus Deum, etsi videatur aliquandiu, vt cras audiemus, demittere manum suam, & quasi aliud agere: tandem tamen extensurum eam adversus præfractos, & certißimè vindicaturum hominum iniquitates. Cumq; magna auditorum pars admodum difficulter hoc credat: multus sit Ecclesiæ minister in refutanda periculosissima hac hominum persuasione & securitate, qua pleriq; homines sibi impunitatem scelerum pollicentur.

Nos

Nos si sapimus, hanc Dei manum adversus nos extensam serio metuamus, verissimè statuentes, non esse hanc sine viribus iram, sed habere hanc manum nervos invictos, quibus quod decrevit, executioni mandare potentissimè novit.

Imitemur itaq; bonæ indolis liberorum mores, qui lachrimis & precibus in parentum brachia & amplexus ruunt, manum extensam avertentes & culpam deprecantes: ita nos seria pœnitentia & pia oratione Deo extendenti manum suam occurramus & pœnas declinare humiliter studeamus.

In primis autem filium Dei pœnitenti & fideli corde, serioq; affectu oremus, vt tremendam irati & severi patris manum clementer retineat, iram ipsius sua intercessione mitiget, & pœnas, quas meruimus, avertat.

Secunda Pars.

Explicatio est primæ. Vt enim ibi in genere extensionem manus suæ Dominus minatur: ita hic in specie explicat, quas præcipuè plagas, quas primarias calamitates extensa hac manu sua in impœnitentes effundere velit.

Commemorat autem quatuor genera pœ-

narum quibus peccata hominum sit vindicaturus.

In explicatione de singulis hisce ordine hæc fiant.

Primo verba Prophetæ explicentur, inspersis, vbi commodum & aptum est, doctrinis & commonefactiunculis necessarijs, congruentibus textui & auditoribus.

Secundo exempla singularum specierum ex historijs sacris & prophanis afferantur, quibus ostendatur, præstitisse sæpius Deum, quod hac concione comminatur.

Tertio exaggeretur in singulis harum pœnarum magnitudo.

Quarto probetur has pœnas à Deo esse, & quidem propter peccatum immissas. Etsi enim quædam inter has plagas causas naturales, quædam alias habere posse videantur: veram tamen & principalem harum pœnarum causam Deum esse, qui ijs peccata nostra punit, & hæc concio, & alia plurima scripturæ testimonia ipsa luce clarius demonstrant.

Quinto fiat applicatio ad nos, ostendaturq; quam nulla sit ex his pœnis, cuius vel atrocitas vel gustus aliquis amarus ad nos non penetraverit. A quibus si liberari, si immunes esse voluerimus, seria pœnitentia & ardenti precatione ad Dominum convertamur

necesse

necesse erit. Patetq́; in singulis latissimus dicendi campus.

Breviter nunc verba Prophetæ ponderabimus.

Primum igitur pœnarum genus est fames. Conteram, *inquit Dominus*, virgam *seu baculum* panis, *hoc est, auferam meam benedictionem, vt fruges terræ partim sterilitate agrorum pereant, partim non amplius solito more alant & saturent.* Et mittam famem in eam. *Explicatur prior locutio.* Et succidere faciam ex ea homines & iumenta. *Nonnunquam enim eousq́; iræ divinæ ignis exardet, vt plurimi homines atq́; adeo etiam jumenta fame intereant. Siquidem bruta etiam interdum propter hominem, cuius causa creata sunt, puniuntur.*

Secunda plaga est immissio bestiarum nocentium. Quod si bestias malas transire fecero in terram, vt orbent eam, & desolatam reddant, vt non sit qui pertranseat propter bestias: *Id est, inculta & desolata jacebit regio, & viæ erunt desertæ, eo quod propter crudeles feras homines loca ista nonnulla deserere cogantur. Nostræ quidem regiones vix habent tam truculentas bestias, quæ terram vastam reddant: habent tamen etiam bestias, quæ frugibus terræ, quæ arboribus, quæ alijs rebus nascentibus damnum dare solent, quibus Deus agricolarum, aliorumq́; impietatem punit, sicut annorum non paucorum experientia docuit.*

Tertia

Tertia ſupplicij ſpecies bellum. Vel ſi gladium induxero ſuper terram illam, & dixero gladio : tranſeas per terram illam : & ſuccidere fecero homines & iumenta. *Egregia Proſopopœia. Compellat Dominus gladium, illumq; iubet per regionem ad hominum & animantium internecionem graſſari. Atq; hæc vera bellorum cauſa eſt.*

Quartum vindictæ divinæ genus peſtis eſt. Quod ſi Peſtilentiam immiſero terræ iſti, & effudero iram meam ſuper eam in ſanguine ad ſuccidendum ex ea homines & iumenta. *Vides quid verè ſit Peſtilentia, nimirum, divinæ iræ ſuper aliquam regionem effuſio ad ſuccisionem hominum, interdum etiam animantium deſtinata.*

Tertia Pars.

Hac parte concionatur Dominus de iræ ſuæ in prædictis pœnis contra obſtinatè impœnitentes ſeveritate: quod nimirum nulla etiam ſanctiſsimorum hominum interceſsione & pietate ſe avocari paſſurus ſit, quin in contumaces horribiliter ſæviat.

Explicatio huius partis ad tria digitum intendere tacitè poteſt.

Primo ex verbo Dei oſtendatur, ſolere Deum propter piorum interceſsiones interdum differre & auferre pœnas.

Secundo dicatur in quanto precio apud Deum, quamq; vere pij fuerint tres illi viri, quos hic Dominus nominat.

De Noach *quidem legere est in Genesi.*

Hunc propter eximiam pietatem in diluvio vniuersali Deus conservavit.

Danielis *pietas, integritas, constantia ex libro ipsius Prophetico patet.*

Hunc Deus in aula regis Babilonici propter singularem pietatem conservabat, & miraculosis liberationibus, atq; singularibus praedictionibus ornabat: ita vt ob insignem virtutem, probitatem, & excellentia dona divina omnibus orientalibus esset admirationi.

Iobi *historia ex libro ab ipso denominato nota est.*

Huic ipse Deus aliquoties integritatis & veræ pietatis testimonium perhibuit.

Tertio. His autem verbis minatur Deus se ne horum quidem intercessionibus locum daturum, vt impœnitentes eripiat, inquiens: Si fuerint tres viri isti in medio eius, Noach, Daniel & Iob, vivo ego dicit Dominus Deus non liberabunt filios & filias. *Quam diu populus adbuc est sanabilis, potest Dominus piorum precibus retineri, ne pro dignitate scelerum grassetur, sed supplicia impiorum ad tempus differat: at vbi populus est induratus,*

ratus, & impœnitenter in sceleribus pergit, nec vllis admonitionibus aut paternis castigationibus flectitur: Dominus orationibus fidelium pro impijs intercedentium non amplius annuit.

Quare non est, quod scelerati sibi propter piorum preces impunitatem promittant. Quod sane à multis fit. Sunt enim, qui etsi pietatis sinceræ nullo studio ducantur: tamen propter pastorum, aliorumq; piorum pro se preces sibi nescio quam felicitatem spondent. At contra hic discimus præfractè impijs certissimum exitium paratum non obstantibus piorum precibus.

Huc referantur sententiæ quibus vetat Deus orare pro obstinatè impœnitentibus. Ierem. 7. 14.

Vides etiam carnalem cum pijs consanguinitatem non posse tueri impœnitentes, quo minus scelerum suorum luant supplicia.

Est tamen simul hic consolatio pro pijs, quod Deus in præmium pietatis & iustitiæ illos conservaturus & cladibus publicis prærepturus sit. Ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas. Et iterum. Ipsi soli ipsi liberabuntur. Vtut enim calamitates maximæ immineant, & mala inextricabilia impendeant: novit tamen Deus modum eripiendi & tegendi suos

hoc

hoc est, in filium credentes & ipsius iusticiæ imputatione iustificatos & piam vitam ducentes. Quod ostendunt plurima sacræ scripturæ testimonia & exempla.

Notanda est singularis hæc severitatis & clementiæ divinæ mistura. Ita enim impijs minatur, vt simul pios, ne in imminentibus pœnis desperent, confirmet, & paternis promißionibus consoletur. Et quia non sunt eiusdem generis auditores nostri vtrumq; prudenter & pie inculcetur.

Ante lectionem Epistolæ in sacris hoc die pronunciatur collecta.

Wy hebben gesündiget mit vnsen Vedern Wy hebben Mißgehandelt vnd syn Godtloß gewesen.

EWige Rechtuerdige Godt / Allmechtige Vader / de du in der hüdigen Lection/der Sünden mit allerley straffen dröuwest / mit Hunger vnd Dürer tydt / mit bösen vnd schedtliken Deerten/ mit Schwerde vnd Kryge/ mit Pestilentz vnd Steruen: Wy bekennen HEre / dat wy wedder dy gesündiget / dinen Torn vnd disse vnd vele mehr

Straffe

Straffe gantz wol vordenet hebben / wen du na diner gestrengen Gerechticheit mit vns handlen woldest. Wy bidden öuerst O Barmhertige GOdt / erlüchte vns mit dinem Hilligen Geist / vnser vordoruene wesen tho erkennen / vnd daruan aff tholaten / Help dat wy vns ferner wedder dy nicht mothwillich vorsündigen / noch dy mit vnserm ergerliken Leuende schmehen: Wende aff dinen wol vordeneden Torn: Strecke jo dine Handt nicht auer vns wyder vth / vns tho straffen / Behöde vns vor Hunger vnd Dürer tydt / vnd nim den Vorrath des Brodes nicht van vns: Beware vns vor vnfruchtbarem vngesundem Wedder / vor bösen Deerten / Wörmen / vnd vorgifftigen schedtliken Vngezifer / dardorch de Früchte vordoruen / vnde dat Landt Wöste vnde Vnfruchtbar gemaket werde: Wende aff Krych vnd Blodtuorgetinge / beuehle jo nicht dem Schwerde / dat idt dorch vnsere Landt vahre / vnd Minschen vnd Vehe vthrotte. Vorschone vnser gnediglich / vnd beschütte vns vor Pestilentz

vnd

vnd hastigem steruen: Erredde vns vth dissem vnd allem Vngelücke / vnde vöge vns tho wat vns an Seele vnde Liue nütte vnde heylsam js: Lath dy disse Lande vnde dersüluigen Inwahner gnedichliken beuahlen syn / vmme dines Namens ehre vnde diner Vederliken Thosage willen / AMEN.

Epistolæ loco more recepto legatur textus pro concione explicandus.

Evangelij vice sit Parabola: Matth. 21. Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, &c. ad verba: reddent ei fructum temporibus suis.

Preces finita concione post Litaniam singulis diebus bis dicendæ:

Rope my an spricket de HEre in der tyde der noth /
So wil ick dy erredden vnde du schalt my prysen.
De HEre js na allen de en anropen/
Allen de en mit ernst anropen.
Gnedich vnd Barmhertich js de Here.
Gedüldich vnde van groter Güde.

BArmhertige/ getrüwe/ Allerleueste Hemmelsche Vader / Dewyle du vns in aller jegenwerdigen vnde vörstanden noth dy anthoropen beuahlen/ ock vns vmme dines leuen Söns JEsu Christi willen erhöringe thogesecht hefft: Wy bekennen dy vnse veelfoldige dachlike Sünde/ darmit wy dinen Rechtuerdigen Torn vnde allerley Straffe tydtlick vnde ewich vordarff gahr wol vordenet: Wy bidden öuerst allerleueste Godt vnde Vader / Du woldest vmme JEsu CHristi willen vns gnedich vnde Barmhertich syn / den woluordeneden Thorn lindern vnde affwenden / vnde in dissen forchliken Tyden vor allerley Vngelücke vnde vnheyl vns behöden. Beschütte vnde bescherme O HEre dine Hillige Christlike Kercke/ vnde dines Wordes Warheit: Stercke / Regere / erholde vnde beware vor allem Vngelücke Lyues vnde der Seelen/ vnse gnedigste vnde gnedige Auericheit/ Den Dorchlüchtigsten grothmechtigen Försten Köninck Christian / vnde den Hochwerdigen Dorchlüchtigen Hochge-

barnen

barnen Förſten Hertzogen Johans Adolff vnſen gnedigſten Köninck / vnde gnedigen Förſten / vnde Heren: Ock König. M. Fruw Moder vnd Gemåhlin / de Dörchlůchtigſten Hochgebarnen Förſtinnen vnde Frawen Königinne Sophia vnde Königinne Anna Catharina / Ock F. G. Fruw Moder vnd Gemåhlin / de Dörchlůchtige Hochgebarne Förſtinne vnde Fruwe Hertzogin Chriſtina vnde Hertzogin Auguſta / Vnſere gnedigſte Königinnen / gnedige Förſtinnen vnd Frawen / thoſampt der Königlichen vnde Förſtlichen Jungen Herſchafft / Vnſern gnedigſten vnde gnedigen Förſten vnde Heren / Förſtinnen vnde Frewlin: Beneuenſt J. K. M. vnde F. G. Hochwyſen getrůwen Rykes / Landt vnde Hoffreden / der Ridderſchop / allen trůwen Denern vnde gehorſamen Stenden vnde Vnderdanen. Segene dat Hußregiment vnde Chriſtlike Kinder Tucht / Behöde vns vor valſcher Lehre / Krych / Peſtilentz / Hunger / Důrer Tydt / Fůres vnde Waters noth / vnde allen wol vordene-

 den

den Plagen: In dine Vederlike Beschüttinge beuelen wy vns sampilich van Herten an Lyff vnde Seele / gudt vnde Ehren / vnde allem wat du vns gnedichlick hefffst gegeuen. Sy gnedich O HEre / sy gnedich / Lath O HEre dyn Angesichte rycklick auer vns lüchten / dat wy dine Vederlike hülpe sehen / vnde mercken / vnde diner gnedigen jegenwardicheit vns jümmer mögen van Herten erfröuwen / vnde dy als vnsen Barmhertigen Godt vnde Vader ewichlick lauen vnde prysen / Dorch dinen einigen Söne JEsum CHristum vnsern HEren / AMEN.

Psalmi ante & post concionem vna cum Litania pro cujuslibet loci ratione cantentur:

Ach Godt van Hemmel süh darin.

Waket vp gy Christen alle / syth nüchtern alle thogelick.

Idt wolde vns Godt gnedich syn.

CONCIONIS SECVNDO DIEI Habendæ materia.

Hæc

Hæc fecisti, & tacui:
Existimasti quod verè essem sicut tu:
At arguam te, ponamq; in conspectu
tuo.

PRoposuit nobis concione hesterna Dominus Deus exercituum tam generalem, quam specialem, eamq; seriam denunciationem iræ suæ adversus peccata nostra, & pœnarum, quibus sit illa excepturus, idq; ea severitate, ut non sit nisi solos verè pios pro suo beneplacito erepturus:

Hodie idem nobis concionatur: tum de summa longanimitate sua in pœnis immittendis.

Tum de scelerato hominum ausu quo hac turpißimè abutuntur.

Tum de eventu hunc impium abusum secuturo.

Habes tres brevißimi huius textus partes.

Prima pars.

Conciuncula est, ut dixi, de paterna Dei longanimitate, tolerantis aliquandiu improbos & hypotritas, nec statim in illos sævientis. Etsi enim in quocunq; lapsu singuli fiunt rei corporalis & æternæ mortis omniumq; pœ-

narum & justè possent à Deo interfici, omniq; calamitatum genere affligi: ea tamen est inexplicabilis bonitatis divinæ immensitas, ut quasi connivendo ad hominum peccata pœnas aliquandiu differat, nec omnem iram suam confestim effundat.

Habet hæc pars tres voculas, in quibus totidem sunt emphases, seu commonefactiones diligenter considerandæ & studiosè auditoribus inculcandæ & applicandæ.

1. Hæc. *respicit Pronomen demonstrativum in specie ad peccata, de quibus Dominus Deus populum Iudaicum impium & hypocriticum inprimis hoc Psalmo accusat. Repetantur hæc ex v. præced. 17. 18. 19. 20. Et singula explicentur, & ad auditorium aptè accommodentur.*

Vide & nota, o homo, quam diligenter ad vitam humanam attendat Deus, ita ut singula etiam peccata observet, eaq; in specie notet, numeret & nominet: Probetur hoc pluribus ex scriptura. At quis hominum est, qui sibi id persuaderi patitur?

Vide & nota, o homo, & tecum in specie pro ratione officij & vitæ tuæ recollige, quæ sint illa quibus tu gravißimè Deum offendis, quæq; illi minimè sunt incognita, quæq; hodie & quotidie in verbo suo tibi proponit, dicendo, hæc.

Vide

Vide & nota, quisquis es Ecclesiæ doctor, attendendum & tibi esse ad singulorum auditorum tuorum vitam & mores, & non tantum licere, sed & omnino oportere in specie observari, nominari & reprehendi eorum peccata. Occasione igitur imo necessitate huius voculæ demonstrativæ, tum in alijs concionibus, tum hodie secundum status tuorum, tuorum, inquam, auditorum, non alienorum (alias enim non potes dicere: Hæc) *cum omni mansuetudine, serio tamen commonefacies singulos ordines de suis peccatis, ingeminata semper particula,* hæc. *Absint autem privati affectus: observetur discrimen inter speciem & individuum: In conspectu sit verbi Dei præscriptum & ordinatio Ecclesiastica: omnia ad Dei gloriam & auditorum ædificationem in conspectu Dei verè dirigantur.*

Vide & nota, grex Christiane, & tu huius particulæ Emphasin, nec succense tuo pastori seu Episcopo, si in specie tibi proponat & quasi digito ostendat peccata tua. An non vides hic tale quid ab ipso Deum Opt. max. requirere? Cum enim vox hæc sit Pronomen Demonstrativum: an non vides demonstrari oportere tibi tua peccata? Et quidem in specie, vt ex verbis Psalmi præcedentibus, ad quæ hæc vocula respicit, manifestum est.

2. Fecisti. *Est & in hac voce singularis emphasis, qua indicat Deus se non fingere, aut pro rigore suo excogitare, se non falso impingere hæc populo: Sed populum verè horum reum esse & verè hæc fecisse.*

Homines pleriq; plerumq; rei esse nolunt. innoxij haberi volunt, nihil peccasse videri volunt. Quid, inquiunt, commerui? Quid feci? Quid peccavi?

Deus autem respondet, tu hæc fecisti, ne nega.

Diligenter hic sunt commonefaciendi auditores de vsu huius voculæ, qua serio requirit Deus, non vt negemus, excusemus, palliemus aut extenuemus, sed potius serio agnoscamus, confiteamur & profiteamur, verèq; deploremus peccata nostra. Quando igitur in verbo suo nobis dicit: Hæc fecisti: tu per Deum immortalem ne dicas: non feci: sed fatere ingenuè si non in specie coram hominibus: saltem in conscientia, seria pœnitentia, humili confeßione & ardentibus precibus coram Deo: Feci, feci, feci. Dic cum Israelitis in deserto plorantibus: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum. Dic cum Davide: Iniquitatem meam ego cognosco & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi & malum contra te feci. Dic cum.

Manasse:

Manasse: Peccavi Domine, peccavi, & iniquitates meas agnosco: Peccavi super arenam maris. Dic cum Nehemia: Ego & domus patris mei peccavimus, & non custodivimus mandatum tuum.

3. Et tacui. *Hoc est, Etsi tu hæc feceris, quæ minimè negare possis: Ego tamen non statim pro rigore iusticiæ meæ tecum egi, sed pro immenso meo in te amore & pro inexhausta mea in procuranda salute tua fide & sollicitudine, dissimulavi me scire & videre tua peccata. Dicitur enim Deus tacere, cum non loquitur ad hominem in ira sua, & in furore suo non conturbat eum: Sed aliquandiu differt pœnas.*

Hic colligant pij Pastores suisq; auditoribus fideliter inculcent scripturæ de hac Dei longanimitate sententias, tum exempla, quibus hoc silentium reipsa demonstravit. Et quia in his, vt & cæteris omnibus, requiro piorum pastorum diligentiam propriam, cupio ipsos in his ex scriptura conquirendis & concinne accommodandis laborare.

Secunda Pars.

Quanta sit benignissimi Dei bonitas & longanimitas intelleximus: Videamus nunc

porro quam ingratè imo ſcelerate impœnitentes ea abutantur. Inquit enim Dominus: Existimaſti quod verè eſſem ſicut tu. *Quaſi dicat: homo ingratiſſime & inconſideratiſſime, longe tu aliter hanc meam bonitatem & conniventiam accipis, quam ego inſtitui. Cum enim ego tam ſim longanimis, propterea vt te vel tandem corrigam: tu contra in impietate tua confirmaris, imo perſuades tibi me tui ſimilem eſſe: quæ iniquitas eſt omnium iniquitatum iniquiſſima.*

Huius igitur partis explicatio ad tria in jam poſita verborum paraphraſi tacitè indicata reſpiciat.

I. *Commonefiant auditores de cauſis, quare Deus eiusmodi longanimitatem erga peccatores exerceat, & quomodo rectè ea ſit vtendum. Eſt autem præcipua cauſa longanimitatis divinæ hæc, quod nimirum Deus pro ſuo in miſeros homines amore ſpacium ad converſionem & emendationem concedere velit, ne in medio curſu ſcelerum ad interitum abripiantur. Si enim quoties peccant homines ſtatim ſua fulmina mitteret, & quis ſalvaretur? Referantur huc illa Rom. 2. verba: Bonitas Dei ad pœnitentiam te invitat, cum Parabola deficu Luc. 13. Atq; alijs ſcripturæ teſtimonijs.*

Eſt

Est & hæc causa non postrema. Cunctatur propterea Deus puniendis hominibus vt in ipsis pœnis licet gravißimis postea immißis etiam ipsa ratione teste excusatus sit, vt quì satis diu cunctando hominum pœnitentiam, qua pœnas declinarent expectarit.

Ex his igitur ostendatur auditoribus quomodo vtiliter hanc Dei longanimitatem interpretari & salutariter vsurpare debeant.

2. *Contra demonstretur quam turpiter homines hac mora & pœnarum dilatione ex benignitate Dei profecta abutantur.*

Non ad pœnitentiam invitantur, non se emendant, quin potius peiores subinde evadunt. Dolendum est tam horribilem esse humanæ naturæ pravitatem, vt hæc ipsa Dei bonitas, quam rectè & salutariter collocare homines debebant, & Deo aspirante, poterant, confirmet multiplicem impietatem, vt levius curent judicium Dei.

Inprimis autem hic serio monendi sunt auditores de his verbis, existimasti quod verè essem sicut tu. *Hoc est, quia non statim in peccata tua animadverto: tu iram meam eo securius contemnis: Imo existimas me tui esse similem, hoc est, delectari peccatis, vt tu delectaris: probare*

pecca-

peccata, vt tu probas: consentire in peccata, vt tu consentis. Cum enim non puniam statim, ex tuo me metiris ingenio, & blasphemè tibi me similem existimas. Accuratè hoc ponderetur & excutiatur. Non quidem aut saltem vix inveniuntur homines, qui talia vel loquantur vel sentire videi velint: quod scilicet abusu longanimitatis divinæ Deo tam grave crimen impingant: Docet tamen hoc loco æternus Deus omnes illos id facere, qui patris benignissimi longanimitatem ad peccandi licentiam usurpant.

3. *Igitur ostendatur quantum hoc sit scelus, quantumq; hoc peccatis reliquis peccatorum cumulum addat. Quid enim turpius aut magis ingratum esse potest, quam summam Dei benignitatem tam male collocare? Quid etiam magis blasphemum & sceleratum est, quam summam hanc Dei erga nos misericordiam & tolerantiam pro approbatione peccatorum interpretari?*

In singulis his & superioribus accommodationes & applicationes ad nostros ne prætermittantur.

Tertia Pars.

Hac ostendit Deus se non perpetuo taciturum, sed tandem silentium hoc diuturnum quo *vsus*

visus videtur abrupturum, inquiens: At arguam te ponamq; in conspectu tuo.

Fit hoc inprimis tripliciter: Suntq; tres huius redargutionis, ut ita dicam, gradus seu modi. Nihil enim modis omnibus *Deus etiam peccatis vehementer irritatus intentatum relinquit, ut hominem lucri faciat.*

1. *Verbo suo Deus hominem arguit in ministerio, non tantum peccata illi inculcans, sed etiam seriam suam iram & pœnas denuncians. Id vocat ponere hominem in conspectum suum, hoc est, ostendere qualis homo sit, quam corruptus, quam contaminatus, quam pœnæ destinatus.*

2. *Arguit Deus intus in corde & conscientia, quando evigilare facit peccatum hactenus quasi dormiens.* Homo enim *semet ignorare mavult quam recte agnoscere, & ita ponit se è conspectu suo, manticam in tergo non videns. Deus autem contra sua efficacia securitatem hanc homini excutit, & terrorem conscientiæ incutit, ut ita vel tandem se suaq; peccata agnoscat, & in conspectum suum redeat, ut quam miser sit, quam graviter peccaverit, quantas pœnas meruerit, serio agnoscat. Huc exempla Davidis, Hiskiæ & aliorum.*

3. *Nihil*

3. *Nihil proficientibus superioribus tandem Deus hominem arguit severis pœnis & castigationibus, quarum catalogum habes Levit. 26. & dictum heri est de præcipuis quatuor. Suntq; hæ pœnæ tanto atrociores, quanto mora diuturnior. Lento quidem gradu ad vindictam sui divina procedit ira, at tarditatem supplicij grcvitate compensat.*

Huc referantur & accommodentur exempla diluuij, excidij Hierosolymitani & alia.

Allegentur etiam dicta huc pertinentia.

Applicabit hoc fidelis doctor ad suos auditores, eosq; vt maturè pœnas avertere vera pœnitentia studeant, fideliter monebit, & serio pioq; affectu hoc membrum adeoq; totam hanc concionem concludet.

Collecta ante lectionem Epistolæ.

HEre handele nicht mit vns na vnsen Sünden.

Vnde vorgelde vns nicht na vnser Missedadt.

HAller Güdigeste Lanckmödigeste HEre vnde Barmhertiger Vader: Wy dancken dy van grunde vnses Herten demödichlick / vor dine vn-

uthspre-

uthsprecklike Güde / Gnade vnde lanck-
mödicheit / dath du nicht dinen gantzen
Thorn auer vns vthgüst / sondern beden-
ckest dat wy ein schwack Wercktüch syn /
vnde derwegen eine tydtlanck schwygst /
dat js / geduldt drechst mit vnsen Sün-
den / nicht mit vns in dinem Grim redest
vnde dermaten handelst / als wy wol vor-
schüldet: Sondern schonest vnser ein tydt
lanck / vns dardorch tho gewinnen vnde
thor Bothe vnde Saliger beteringe tho-
bringen / darmit wy also dorch dine gnade
tydtlikem Vngelücke vnde Straffen / vn-
de dem ewigen vorderue entgahn mögen:
Wy bekennen van Herten / dat wy sol-
cke dine grote Vederlike Barmhertichcit
sonst lang nicht recht gebruket edder ange-
wendet / sondern veel mehr schendtlick
mißgebruket hebben / wedder dyn Hillige
wolgemeinte vörnehment vnde gnedigen
willen / Den wy syn jo lenger jo erger
dardorch geworden / in vnsen Sünden
gestercket vnde in der bößheit bestediget:
Also dat du wol orsake heddest vns grüw-
lick tho straffen / Vnde twar darümme

so veel

so veel Vnbarmhertiger / dat du vnser so lange vorschonet hefftst: Vorgyff vns O Alderleueste Vader disse vnde alle vnsere Vnarth / Sünde vnde Vndöget / vnde erlüchte vns dorch dinen Hilligen Geist/ dat wy dith alles erkennen / vnde dorch dine lanckmödicheit na dinem willen thor Bothe vns erwecken laten / darmit wy entlick nicht gahr vorderuen / sondern vor dem kümpstigen Thorn vnde Straffe gnedichlick bewaret vnde ewich Salich werden / vmme des willen / in welckes Namen du vns nichtes vorseggen kanst/ Nömliken vnsers HEren vnde Heylandes JEsu Christi willen / AMEN.

Epistola textus explicandus.

Evangelium Luc. 13. ab initio capitis ad verba: Sin autem, in futurum succides eam.

Post Litaniam repetantur preces supra positæ.

Barmhertige/ etc.

Cantentur hoc die Psalmi.

Vth deper noth schrye ick tho dy.
Erbarm dy miner O HEre Godt.
Godt de Vader wahn vns by.

LECTIO

LECTIO TERTII DIEI.

Esaiæ 55. v. 6. 7. 8.

Quærite Dominum, dum inveniri potest: Invocate ipsum, dum propinquus existit.

Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas: & revertatur ad Dominum.

Et miserebitur eius: & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum seu parcendum.

Verissimam eamq; minimè obscuram pœnarum comminationem nudius tertius audivimus.

Et licet æternus Deus pro immensa sua misericordia & longanimitate eas aliquandiu differat: tandem tamen, maximè cum pleriq; homines illa bonitate abutantur, certissimè eas immittet, de quo heri dictum est.

Hodie itaq; salutari suo & planè paterno consilio idem benignissimus Iehovah nobis succurret, nosq; instruet quomodo ab imminentibus malis & peccatorum pœnis adhuc tuti evadere queamus.

Prima pars.

Consilij divini summam proponit.

 Vbi

Vbi primum indicandum, quosnam Deus hic per Prophetam compellet: nimirum non unum aliquem ordinem aut certos homines, sed homines ad unum omnes. Loquitur enim indefinitè sine ulla personarum distinctione aut exceptione. Vt enim omnes homines nemine excepto coram Deo rei sunt: Vtq; Deus sine personarum respectu omnibus, omnibus pœnas minatur: Ita etiam hoc mandatum ad omnes homines sine discrimine ordinis, status, sexus, ætatis, officij, fortunæ &c. pertinet.

Secundo. Quid ergo fieri debet? Quærite *inquit* Dominum. *Explicetur Phrasis. Mirum enim videtur rationi sic loqui Prophetam. Est autem quærere Dominum investigare eius voluntatem, & hoc agere summo studio, ut ei reconcilietur homo. Estq; pulchra emphasis in voce quærendi. Vt enim per peccata & impœnitentiam homo à Deo quasi fugiendo recedit: Ita vicißim Deus benignitate sua ab ipso se avertit: Deus igitur vera conversione requirendus est, ut qui se à nobis ob peccata nostra quasi subduxerit, faciem suam averterit, seq; absconderit.*

Ad hoc ipsum necessaria etiam est aßidua auxilij & præsentiæ divinæ imploratio: Ideo addit: Invocate ipsum. *Hæc enim tutißima anchora-*

anchora est in omnibus malis. & piæ fideles que preces Deum ad nos attrabunt, ut gratia & auxilio suo nobis præsto sit.

Tertio. Quando id faciendum? Dum inveniri potest: Dum propinquus existit.

Semper quidem Deus & ubiq; nobis adest, nec longe abest ab unoquoq; nostrum: in quo scilicet vivimus, movemur & sumus. Enter, præsenter, Deus hic & ubiq; potenter, implens scilicet cælum & terram.

Dicitur antem tum inveniri posse, & prope adesse, cum per verbi sui prædicationem nos ad pœnitentiam invitat, & se nobis offert propitium, omnesq; occasiones subministrat, quibus gratiæ & bonitatis divinæ poßimus fieri participes. Id tempus illud est beneplaciti de quo Esa. 49.

Contra cum verbum suum & cultum sincerum aufert, ut iam non amplius rectè prædicetur, agnoscatur & colatur: tum inveniri non posse, & longe â nobis abesse dicitur. Ut enim gratiæ tempus constituit: ita & iræ diem meminerimus Dominum præfinire ijs, qui gratiam eius aspernantur.

Vult ergo Propheta monere occasionem quam Dominus offert, & qua se offert suaq; bona, ambabus, quod dicitur, ulnis, amplexandam, illaq; rectè utendum esse.

Est hæc admonitio cum primis necessaria. Homines enim plerumque differunt pœnitentiam freti longanimitate Dei & longiora vitæ spacia expectantes.

Propheta igitur fideliter monet non esse cunctandum, non esse differendam pœnitentiam.

Vident pii Pastores in singulis hisce membris amplissimum patere campum de his utiliter pieque & accommodatè dicendi.

Secunda Pars.

Explicatio est superiorum verborum. Ne enim quis prætendat, nescire se, quo pacto quave ratione quæri Deus debeat, possit, & velit: De his eum Spiritus sanctus verbis sequentibus instruit.

Comprehendit autem Propheta paucissimis verbis universam pœnitentiæ doctrinam.

Summa est: utrumque esse faciendum: à peccatis abstinendum, & vera fide novaque obedientia ad Deum revertendum.

Verum consideremus sigillatim voces.

1. Derelinquat impius viam suam. *Via sermone scripturæ usitato dicitur tota vivendi ratio, atque huc pertinentia. Fit igitur per impœnitentiam, ut homo relinquat vias Domini,*

Domini, hoc est, præcepta in lege Domini præscripta, ad quæ vita, consilia, studia, actiones, molitiones, conatusq; omnes componi debebant. Illis igitur relictis sequitur homo viam suam: hoc est, mundi degeneris exemplum, varias malitiæ illecebras, viciosos carnis impetus, affectus, instinctum. Explicetur hoc porro & ad singulos applicetur.

Iubet ergo Propheta redire hominem ab hac via sua, hoc est, desistere à vitæ pravitate, ab impijs consilijs, à turpibus conatibus, alijsq; omnibus voluntati Dei repugnantibus. Cumq; hoc ipsum sine viæ humanæ, hoc est peccatorum agnitione, deploratione, & detestatione fieri non possit: hæc ipsa simul includuntur.

2. Et vir iniquus cogitationes suas. *Non sufficit simulatio aliqua externæ iusticiæ. Deus enim potissimum cor respicit. Nisi igitur cor omnium actionum fons purgetur, frustra corporis sanctimonia iactatur. Vult igitur Propheta etiam cogitationes impias abijciendas & coercendas esse. Fingit sibi homo sæpius Deum alium quam est: Statuit illud esse rectum, iustum, utile, Deo placens, quod non est. Figmentum cordis humani pravum est à prima pueritia. Regnat in corde confusio variorum affectuum inordinatorum,*

odij, amoris; iræ, libidinis, avaritiæ invidiæ &c.

Hæ igitur cogitationes relinquendæ, hisce affectibus resistendum & longum vale renunciandum, ijs, qui Deum quærere, qui Deum invocare, qui Deo placere volunt.

Diligenter hæc explicentur, applicentur & inculcentur, eo fine, vt singuli sibi ipsis hæc Prophetæ verba serio dicta sciant, & singuli in quibus hactenus peccarint agnoscere discant, peccatorum irritamenta sibi subtrabant, omnesq; mali occasiones, quantum fieri potest, vitent & abrumpant.

3. Et revertatur ad Dominum. *Vt enim impietas & impœnitentia est, vt supra dictum, abitus & recessio â Deo: ita homo per pœnitentiam, qua à peccatis desistit, veniam petit, vitam emendat, ad Dominum redit. Non igitur satis est derelinquere vias & cogitationes malas: Sed simul ad Deum redeundum.*

Quomodo? vera in Christum fide. Christus enim via est veritas & vita Iohan. 14.

Hæc fides petit & impetrat veniam delictorum hactenus commissorum.

Eam, si seria & vera est, excipit nova deinceps obedientia, & vitæ puritas, qua omnia

omnia ſecundum voluntatis divinæ præſcriptum gubernantur.

Emphaſis eſt in voce ad Dominum *Dominum inquam, cuius nos factura, cuius nos ſervi ſumus. Iure igitur ſtudio, conatuq; omni ad obedientiam ipſi ſerio præſtandam componere nos debemus.*

In explicatione huius membri piè & prudenter vſitata doctrina de pœnitentia tractari poterit.

Tertia Pars.

Conſolatio eſt pro verè pœnitentibus, quo oſtendit Propheta certoq́; promittit non fore veram ad Deum converſionem infrugiferam. Etſi autem conſolatio hæc ad vnum redit: diſtinctè tamen ſingula verba ſcrutemur.

1. Et miſerebitur eius. *Etſi multa magnaq; ſint hominum peccata: non tamen vlli vnquam miſericordiam ſuam negabit Dominus, ſed paternè omnium verè pœnitentium miſerebitur, peccata remittet, in gratiam eos recipiet, & pœnas mitigabit: Idq; non ex merito converſionis, ſed ex mera ſua miſericordia. Hæc enim omnium beneficiorum divinorum vnica & ſola cauſa eſt, & præter illam nulla.*

2. Et ad Devm nostrum. *Noster Deus est. Libenter igitur & nos ad illum promptè redibimus, & ille nos pœnitentes paternè acceptabit, noster enim est. Evolvatur ex scriptura emphasis huius pronominis. Quid enim dulcius est, quam quod scriptura Deum nostrum vocat? quodq; quilibet pius Deum posit vocare Deum suum?*

3. Quoniam multus est ad ignoscendum. *Ne enim Deum metiamur ex nostro ingenio, vt qui natura irritabiles, & implacabiles, ad excandescendum proni, ad ignoscendum tardi valdeq; difficiles sumus: Longe aliud de Deo statui vult Propheta, quem ait esse multum, hoc est, liberalem, facilem & propensum ad ignoscendum delictis, ad remittendum peccata, ad parcendum hominibus.*

Singula hæc adductis scripturæ sententijs & exemplis cum pio affectu illustrentur & accommodentur.

Precatio ante Epistolam.

Godt sy vns gnedich na diner Güde/ Vnde vordelge vnse Sünde na diner groten Barmhertichheit.

O ge-

O Getrüwe vnde gnedige GOde
Ewige Vader / Wor nehme wy
Herten dine Güdicheit vollenka-
men tho bedencken? Wor nehme wy
Worde vnde Tungen dine Barmherti-
cheit genochsam tho röhmen? Dath du
mit so tydigem Vederliken Rade vnde be-
uehl vnser Blindtheit vnde schwackheit
tho hülpe kumpst vnde vns antögest / wo
wy dinen Torn noch entflegen vnde van
tydtlikem vnde ewigem Vngelücke noch
mögen entfryet syn vnde blyuen: Dat wy
nömliken ware Bothe dohn / van Sün-
den affstahn vnde van grundt vnses Her-
ten dy söken vnde anropen: Dewyle wy
öuerst van vns süluest solckes nicht vor-
mögen / Bidde wy dy O Allerholdselich-
ste Hemmelsche Vader / Du woldest vns
mit dinem Hilligen Geiste erlüchten / dat
wy dy HEre / wyle du tho finden bist /
ernstlick söken / vnde dewyle du nah bist /
dy Hertlick anropen: Help dat wy van
vnsem bösen Sündtliken Wegen vnde
Fleischliken gedancken afflaten / vnde vns
van Herten tho dy / dem HEren vnserm
Gade

Gnade bekeren / darmit du dy auer vns erbarmest: Den by dy js vele vorgeuinge / vnde dine Handt tho helpen hefft kein Teel / wo groth ock sy de Schade / Dy sy Loff Pryß Ehr vnd danck / van nu an beth in Ewicheit / AMEN.

Epistola textus explicandus.

Evangelium Luc. 15. Parab. de ove & dragma perditis: Incip: Ait ad illos parabolam. fin. Ait autem: Homo. &c.

Repetantur & hoc die post Litaniam preces superiores.

Barmhertige / etc.

Psalmi cantentur.

Vader vns im Hemmelryck.
O HEre Godt begnade my.
Allein tho dy HEre JEsu Christ / etc.